Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



retulit triginta argenteos
principibus sacerdotum
et senioribus dicens. Pec
caui: tradens sanguinem
iustum. At illi dixerunt. Quid
ad nos? Tu uideris. Et
proiectis argenteis in templo
recessit: et abiens laqueo
se suspendit. Principes autem
sacerdotum acceptis argenteis
dixerunt. Non licet eos mit
tere in corbonan: quia
precium sanguinis est. Con
silio autem inito: emerunt
ex illis agrum figuli in se
pulturam peregrinorum. Propter
hoc uocatus est ager ille
acheldemach hoc est ager
sanguinis usque in hodiernum
diem. Tunc impletum est
quod dictum est per ieremiam
prophetam dicentem. Et acceperunt
triginta argenteos precium
appreciati: quem appreciauerunt
a filiis israel. Ihesus autem stetit
ante presidem: et interrogauit
eum preses dicens. Tu es rex
iudeorum? Dicit ei ihesus. Tu
dicis. Et cum accusaretur a
principibus sacerdotum
et senioribus nihil respondit.
Tunc dicit illi pilatus.
Non audis quanta aduersum
te dicunt testimonia?
Et non respondit ei ad ullum
uerbum: ita ut miraretur preses
uehementer. Per diem autem solen
nem consueuerat preses dimit
tere populo unum uinctum
quem uoluissent. Habebat autem
tunc uinctum insignem
qui dicebatur barrabas. Con
gregatis ergo illis dixit pilatus.
Quem uultis dimittam uobis:
barraban: an ihesum qui dicitur
xpus? Sciebat enim quod per inui
diam tradidissent eum. Sedente
autem illo pro tribunali: mi
sit ad eum uxor eius dicens.
Nihil tibi et iusto illi:
multa enim passa sum hodie per
uisum propter eum. Principes autem
sacerdotum et seniores persua
serunt populis ut peterent
barraban: ihesum uero perderent.
Respondens autem preses ait illis.
Quem uultis uobis de duobus
dimitti? At illi dixerunt.